

346/2017

N. \_\_\_\_\_



CONGREGATIO  
DE INSTITUTIONE CATHOLICA  
(DE STUDIORUM INSTITUTIS)

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (de Studiorum Institutis) postulatione attenta Em.mi ac Rev.mi Magni Cancellarii Pontificia Facultatis Theologicæ Italæ Meridionalis in civitate Neapolitana sitæ legitime præsentantis; cum compererit Institutum Superioris Scientiarum Religiosarum Nolanum, Acerranum sub titulo v. *Giovanni Duns Scoto* in civitate Nolana situm iuxta normas a Sancta Sede pro huicmodi Institutis manatas – Consilio memoratae Facultatis Theologicæ academice omnino spondente – probe ordinari, ad docentes in primis et studiorum programmata quod attinet, prolatas sibi preces libenter excipiens, idem

MEMORATUM  
INSTITUTUM SUPERIUS SCIENTIARUM RELIGIOSARUM  
sub titulo v. *Giovanni Duns Scoto*

hoc Decreto academice **erigit erectumque** declarat, ipsum simul constituens sub potestate atque ductu supradictæ Facultatis Theologicæ, ex primo et secundo cyclo constans, ad academicos gradus Baccalaureatus et Licentiae Scientiarum Religiosarum per eandem Facultatem consequendos ab iis alumnis qui, triennale atque quinquennale studiorum curriculum rite emensi, omnia iure præscripta feliciter compleverint iuxta peculiaria Statuta ab hac Congregatione approbata.

Eiusdem Facultatis proinde erit continuo invigilare ad academicam Instituti condicionem diligenter servandam ac promovendam, præsertim ad Docentium qualitates studiorumque severitatem quod spectat, ceteris servatis de iure servandis, contrariais quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romæ, ex ædibus eiusdem Congregationis, die IV mensis Maii,  
a. D. MMXVII.

*Josephus Card. Frasoldi*  
PRÆFECTUS

+ d. bineventus Zani  
A SECRETIS